



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

10. Pulchritudo Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

## Decimum Priuilegium.

## PULCHRITUDO MAR

- I. Nobilissima propter naturam.
- II. Dignissima propter gratiam.
- III. Diuinitissima propter fructum uenturae uitae.
- IV. Simillima pulchritudini Christi.
- V. Eminentissima super omnem pulchritudinem.
- VI. Pulchritudo cunctis proficua.
- VII. Triumphatrix cordium.
- VIII. Condecorat caelum.
- IX. Pulchrum ac nobile redditur uisum.
- X. Perfectissima idea omnis pulchritudinis.

## Declaratio.

I.

## Nobilissima propter Naturam.

Carthus.  
lib. 2. art.  
34.

Quia in Beatissimâ Virgine natura extempore  
vires, vltimumque potentiae suae posuit  
Natura aliquando facit pulchrum, aliquando  
aliquando, uti in B. Virgine, pulcherrimum, quod  
minum, in quem potest, et non ultra.

II.

## Dignissima propter gratiam.



III.

Diuinissima propter fructum ventris sui.

Quia MARIA est arbor pulcherrima in foliis oris  
 (quæ est pulchritudo naturæ) pulchrior in floribus cordis  
 (quæ est pulchritudo gratiæ) pulcherrima in pulcherrimo  
 fructu ventris (quæ est pulchritudo Diuinitatis) ac pro-  
 ptercausam Bonauenturam pulchritudo Mariæ Virgi-  
 nis similis existit pulchritudini Lunæ. pulchra ut Lu-  
 na. Scutenim pulchritudo Lunæ originem suam ducit  
 à Sole, itaque pulchritudo Mariæ à Sole suum de-  
 ducit ortum, quia sternus Sol receptus & conceptus est in  
 ipsa.

S. Bonav. tom. 2. spec. c. 14.  
 Idem spec. tom. 2. c. 11.

IV.

Simillima pulchritudini Christi.

Etenim ad Diuinam spectabat Proidentiam, vt ma-  
 teriam accommodaret fini; cum igitur corpus purissi-  
 mæ Virginis formaretur in talem finem, vt ex illo conciperetur  
 Christus pulcherrimus, Virginis corpus pulcherrimum quoq;  
 esset, oportebat, & eandem veritatem patefecit Christus loquens  
 Matri: Sicut semen quæ est tales flores germinat sic membra mea  
 conformia fuerunt memoriis suis in forma & specie.

Galatinus. lib. 1. cap. 15.  
 S. Brigitt.

V.

Eminentissima supra omnem pulchritudinem.

Talem deprædicant SS. Patres, S. Epiphanius: Solo  
 Deo excepto cunctis superior existit, formosior Cherubim,  
 & Seraphim, & omni exercitu Angelico. Gregorius Ni-  
 comed. O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum,  
 O Dei genitrix, pulchrorum omnium summum ornamentum

Ex Gaud.



sum. Ratio est, quia quemadmodum in Angustia proportionatur gratia: ita quoque in Magnitudine; ergo sicut in pulchritudine gratia B. Virgo alias superavit gratias; ita quoque in pulchritudine corporali ceteras omnes superavit,

## VI.

*Pulchritudo cunctis proficua.*

S. Tho. 3. d. Quia intuētes ad castitatem excitabat aspectu  
3. q. 1. a. 2. lā. solo vultus aspectu vocisque sono mirificabat  
Gerson eo. guebaturque omnem carnalem affectum, & concupiscentiarum abundantiam, & propter conversionis facilitatem, & propter splendorem vultus, & quia sua pulchritudinem occultabat, quando peccatoribus exspectantibus, sed etiam audientibus suavissimam curam  
Magn. VI notat Gerson.

## VII.

*Triumphatrix cordium.*

Quia triumphavit de corde Dei, Angelorum, & sanctorum; unde orat S. Antoninus: Specie sua & pulchritudine sua, nempe, pulchritudine corporali & spirituali animae (intende) respiciendo nostram prosperè procede) ab eis nos eripiendo ruis ostendit (& regna) super nos in caelo.

## VIII.

*Condecorat caelum.*

Totam namque gloriae pulchritudinem, postquam Christi Humanitatem, à sola Virgine procreantem cognoscunt Sancti in caelis; vident eam admirandam quam prodigium gratiae, tanquam gloriae miraculum, & veluti stuporem Paradisi: & quemadmodum gratitudinis debitaeque recognitionis meritum, & suas antesthorum Agni; ita quoque mittunt ante  
Aposcal. Marie.



IX.

*Pulchrum ac nobile reddit Vniuersum.*

Primo propter Christum, quia Christus assumendo naturam humanam, quodammodo assumpsit etiam omnes creaturas, eas quasi in seipso Deificando. Secundo propter seipsam, quia Maria creaturis constat omnibus, eo ipso, quo Deus pulcherrimum, quod est in creaturis, in Maria collocavit, ac propterea omnes in Maria nobilitantur, & meliores sunt in Maria, quam in seipsis.

Damasc. a. rat. 1. de Deip. Arnald. Carthus.

X.

*Perfectissima idaa omnis pulchritudinis.*

Quia omni creatura adunatur in Maria, vel formaliter, vel eminenter; quapropter, cum prodiit in hanc lucem, cunctis fuit veluti caeleste admirationis prodigium, imò de seipsis Dei oculis, veluti ille ipse id manifestavit hinc verbis: *O quam pulchra es amica mea*, vbi Rupertus, *O pulchritudo admirabilis, quam sic admiratur & collaudat pulcherrimus Auctor pulchritudinis.*

Gerson super Magn. fol. 82. Cant. 4. Rupertus

*Vndecimum Priuilegium.*

**NOMEN MARIÆ.**

- I. Altissimum in origine.
- II. Diuinißimum in sanctificatione.
- III. Potentißimum in virtute.
- IV. Gloriosißimum Deo.
- V. Nomen dignißimum reuerentiã.
- VI. Efficacißimum in inuocatione.
- VII. Spes peccatorum.

f 5

VIII. 107

Handwritten notes in red ink on the right side of the page, including the words "Vniuersum" and "idaa".

